e-codices

ritaliſ miſterii ueritatem; Sic enim habeſ· Quõ
patreſ noſtri omneſ ſub nube fuerunt· & omneſ
mare tranſierunt· & omneſ in moyſe baptizati
ſunt· in nube & in mari· Et omnem eandem eſcã
ſpitalem manducauerunt· & omneſ eundem
potum ſpitalem biberunt· Nam quemadmo
dum typuſ ſacramenti potuit eſſe· ſine opera
tione ſpſ ſci· cuiuſ ueritaſ omniſ in ſpu eſt;
Quod & apoſtoluſ docuit dicenſ· Sed abluti eſtiſ·
ſed ſcificati eſtiſ· ſed iuſtificati eſtiſ· In nomine
dni noſtri ihu xpi· & in ſpu di noſtri; Videſ igitur·
quia & pater operatur in filio· & filiuſ ope
ratur & ſpſ· .V.
Et ideo ſecundum ſeriem ſcripturarum· noli
dubitare in figura fuiſſe· quod in ueritate ee·
ipſa etiam ueritaſ declarauit; Quiſ enim ope
rationem eiuſ abnuat in lauacro· in quo ope
rationem eiuſ ſentimuſ & gratiam· Nam ſicut
ſcificat pater· ſecundum quod ſcriptum eſt·
Dſ pater ſcificet uoſ· & integer ſpſ ueſter· &
anima· & corpuſ ſine querela in die dni nri

Lizenz: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 102, p. 156 – Ambrose, De spiritu sancto and De incarnationis dominicae sacramento . Victricius of Rouen, De laude sanctorum (http://www.e-codices.ch/de/csg/0102/156)